 sti cultum, tanquam ad fontem omnis veritatis, sapientiae,  
 & unicum vitae Christianae fundamentum, referre stu-  
 deamus.

DEVS aeternus pater, domini & saluatoris nostri Ie-  
 su Christi, qui est autor ordinis in natura, legumque hone-  
 starum omnium, qui semina virtutum & obedientiae men-  
 tibus hominum in seuit, animos nostros ad veram obedi-  
 entiam Spiritus sui sancti gratia flectat, vitamque no-  
 stram & mores gubernet, ad nominis sui glo-  
 riam, Ecclesiarum salutem, actionumque  
 publicarum & priuatarum  
 felicitatem.





## Beschluß

## Sampt einer Erinnerung zum Gehorsam den Gesezen zu leisten.

**L** *Lycurgus* der berühmte Gesetzgeber bey den Spartanern / Damit er seinen Gesezen desto ein grösser ansehen machte / sagte er der Gott *Apollo* hette sie gemacht / vnd aus desselben antrieb hette er sie geschrieben : Also sagte auch der *Minos* von den Gesezen / so er seinen Vnterthanen den Cretensern gegeben / er hette sie von dem Gott *Iupiter* gelernet. Damit die Leute wissen solten / das man den Gesezen nicht weniger Ehrerbietung / vnd Gehorsam / zu leisten schuldig sey / als Gott selbst : Ihr aber habet nicht des *Apollinis*, nach des *Minois*, oder irgendt eins ertichtten Heidnischen Abgotts / Gesez alhier gehört / sondern die mit dem Wort Gottes / vnd mit dem Gesez der Natur / übereinstimmen / welchen euch gehorchen heist der gewaltigste Gesetzgeber / der sein Gesez in der Menschen Herzen geschrieben vnd dasselbe nach dem Fall der Ersten Eltern / durch die versöhnung / in seinem Sohn geschehen / bey den glaubigen wieder zu recht gebracht / der da gesaget hat /

Ihr solt nicht thun / ein jeglicher was euch recht düncket / was ich euch gebiete / das allein solt ihr thun. So sind wir nu schuldig / Gott / in dem so er gebeut / zu gehorsamen / der den Menschen geschaffen hat / nicht zu Gottlosem vnd ergerlichem Wesen / Sonder zur Heiligkeit vñ Gerechtigkeit / der vns durch dz teure Blut seines Sons erlöset / vnd zu gnaden angenommen / Das wir nu forthin

Deut. 4 &amp; 12.

Ephes. 2.

Rom. 6.

2. Cor. 6.

P ij

nicht



- nicht der Sünden/ Sondern der Gerechtigkeit leben sollen :
- Ephes: 1.** Der vns seinen Geist hat gegeben / welcher nicht in Tempeln mit Händen gemacht/ sondern in den Herzen der glaubigen wohnet / wie geschriben stehet : Wisset ihr nicht das ihr Tempel Gottes seid / vnd der Geist Gottes wohnet in euch? So jemand den Tempel Gottes verderbet / den wird Gott verderben. Darumb aber wird der Heilig Geist in der glaubigen Herzen ausgegossen / das er die Sünde in vns abtilge / vnd ein Neues vnd Gott wolgefälliges Leben anzünde. Welche nu durch diesen Geist getrieben werden / die sind Gottes Kinder / wer aber Christi Geist nicht hat / der gehöret ihn nicht an. Gedenckt an das verbündnis/ so ihr mit Gott gemacht / in der Tauffe / darinnen wir vns zum öffentlichen Bekantnis des Glaubens an Christum / vnd zu warer Übung der Gottseligkeit / vnd zum Gehorsam / verpflichtet haben / Welche nu solches brechen / vnd mutwillig Sündigen / die werden meineidig an Gott / vnd treten den Sohn Gottes Jesum Christum / der für vns gecreuziget ist / mit Füßen / vnd verunreinigen das Blut des Testaments / durch welches sie geheiligt sind / vnd schmechen den Geist Gottes. Dieses sind harte Wort / sie sind aber des Heiligen Geistes / der sie durch den Apostel geredt hat / Damit wir vns desto fleissiger für Sünden / welcher Mutter vnd Ursprung ist / der Ungehorsam / hüten sollen / so wol vmb der jetzt erzelten Ursachen / als vmb des Gewissens willen / welches / so man recht thut / das Herz erfreuet / vnd befriedet / vnd wiederum so man sündiget / das Gemüth schmerzlich kräncket vnd ängstiget / Die aber ein böse Gewissen haben / können Gott nicht anrufen /
- Rom. 8:**
- Ebre: 10.**
- 1. Timoth. 2.** Weil die Schrift saget : Es stehen ab von Sünden alle /  
die den



die den Namen Gottes anrufen. So haltet euch nu also /  
 damit ewer Erbarkeit vnd Ersames Leben / das den Schu-  
 len vnd Schulerwandten am meisten geziemet / allenthal-  
 ben bekandt / vnd ihr viel / durch ewer Exempel / zur befors-  
 derung der ehren Gottes / zu liebe eins Gottseligen Wans-  
 dels / vnd zum Studieren / angereizet / vnd ärgernüs  
 \* vermitteln werde / dadurch die Schulen gehindert / vnd  
 ihre heilsame Arbeit verunglimpffet wird. Gedencet ihr /  
 wie gar eine vnbilliche Belohnung diß sey / wo man für die  
 höchsten Wohlthat in Schulen / die höchste Vndanckbarkeit  
 den *Præceptoribus* vergeltet / Weil dieselben / wegen ewers  
 vngezogenen Lebens / vnd vppigkeit / sich müssen verlestern /  
 vnd ihre Gottselige Arbeit schänden lassen. Vnd weil  
 die Jugend / so sie guter Art ist / durch Belohnung vnd  
 Straffen sonderlich bewogen wird / so höret / was Gott  
 in seinem Wort / den Gottseligen vnd Gehorsamen zusas-  
 get / vnd verheisset / vnd dagegen den Gottlosen die sich nicht  
 wollen ziehen lassen / drowet. *Sihe / spricht er / Ich halte* *Leuit. 26.*  
*euch heute für Segen vnd Fluch / den Segen / so ihr mir* *Deut. 7 & 17.*  
*gehorchet / den Fluch aber / so ihr mir nicht gehorchen wer-*  
*det / Wer mich ehret / den wil ich wieder ehren / vnd wer* *1. Sam. 2.*  
*mich verachtet der sol wieder verachtet werden. Wer Zucht* *Prou. 13 & 15.*  
*lest fahren / hat Armut vnd Schande : Wer sich gerne*  
*straffen lest / wird zu Ehren kommen. Auch ist an das ers-*  
*te Gebot / der andern Taffel in zehen Gebotten / do der*  
*Gehorsam / gegen die Elteren vnd Oberherren / geords-*  
*net vnd bestetiget wird / eine herrliche Verheissung gehens-*  
*get / Nemlich / Das dirß wolgehe vnd lange* *Exod. 20.*  
*lebest auff Erden. Diß Geseß wiederholet Moyses do*



- Deutro. 5. er spricht: Ehre deinen Vater vnd deine Mutter / wie dir  
 der H<sup>er</sup> befohlen hat / das du lange lebest / vnd dir's wolges  
 he im Lande. Also spricht auch Syrach: Wer seinen Vater  
 ehret / der wird desto lenger Leben / Ehre deine Eltern auff  
 das ihr Segen vber dich komme / vnd derselbe Segen / in deis  
 nem letzten / bey dir bleibe. Dagegen aber wird der vnehrlich  
 vnd verflucht von Gott / der seinen Eltern / vnd denen es  
 gebühret / schändige Ehre nicht leistet. Mit diesen zeugnissen  
 der Heiligen Schrift / stimmen auch der vernünftigen Heis  
 den Sprüche vberlein / als wie *Timocles* saget: Wer seinen  
 Vater fürchtet vnd ehret / da wird ohne zweiffel ein ehrlicher  
 Bürger auß werden. Vnd der *Pythagorische Philosophus*  
*Perictiones* hat gar ernstlich geschrieben: Die verachtung  
 der Eltern ist eine solche Sünde / Welche zu gleich an Lebens  
 digen vnd Todten verdampft / von den Leuten gehasset / vnd  
 vnter der Erden / an dem Ort der Gottlosen / sampt andern  
 verdampften / allzeit gestraffet wird / sintemal keine grössere  
 Sünde von den Menschen geschehen kan / denn so man wis  
 der die Eltern sündigt. Der Griechische Poet *Sophocles* sag  
 get auch / das nichts ergers sey denn der Vngehorsam /  
 Denn dadurch Städte vnd Häuser verterbet vnd verwüstet  
 werden. Die aber gehorchen / sind mit Gut vnd Leben bes  
 haltene Leute. Vnd *Herodotus* saget: Die verachtung der  
 Gesetze ist eine gewisse anzeigung / das verstand vñ vernunfft  
 in den Verächtern / durch die bösen Geister ausgeleschet / vñ  
 vertunckelt sey. Wenn wir auch / zu diesen jzt angemelten  
 Zeugnissen / die Exempel aus den Historien halten wollen /  
 wird sich befinden / das niemand / der seine Eltern / oder die  
 er an stat der Eltern ehren solle / verachtet oder geunehret  
 hat / sey vngestraffet blieben. Also / ist *Cham* / der seinen Va  
 ter

Deutro. 5.

Cap. 3.

Ibidem

8 Deut. 5.

Stob: Ier:

77.

Ibidem

Gen: 9.



ter Noah verspottete / verflucht worden. Dathan / Abiram Num. 16.  
 vnd Chore verachteten Moysen den Knecht Gottes / vnd  
 worden lebendig / mit allem was sie hetten / von der Erden  
 verschlungen. Absolon der sich seinem Vater David wider 2. Reg. 15. 18.  
 setzte / blieb an der Eichen behangen vnd ward durchstoehen.  
 Hophni vnd Pinehas des Hohenpriesters Eli Kinder / kamen 1. Reg. 4.  
 sampt 30000 streitbaren Männern in der Schlacht vmb/  
 wegen ihres Gottlosen Lebens / vnd ihr Vater / das er sie  
 nicht darumb gestraffet hatte / fiel vom Stuel vnd brach den  
 Hals. Was sol ich von den 42. Kindern sagen / Welche / 2. Reg. 20  
 da sie des Propheten Elisei spotteten / von zweyen Behren  
 zerrissen worden? Mehr dergleichen vñ gar trawrige Exem-  
 pel erfahren wir täglich im Menschlichen Leben / welche  
 Gottselige Knaben anschawen / vñ daraus lernen sollen / der  
 erbarkeit vnd züchtigem Wandel / neben fleißigem Studiren /  
 mit ganzem ernst nachzuiagē / vnd hiergegen die Laster ernst-  
 lich zu hassen vnd zu meiden / vnd diß gewißlich wissen / das  
 der Sohn Gottes / von welchem die H. Schrift saget / er Luc. 2  
 sey seinen Eltern vnterthan gewesen / vnd habe zugenommen  
 am Alter / Weißheit vnd Gnad bey Gott vnd den Menschē /  
 selbst mit den lieben Engeln bey vnd neben den Lehrern vnd  
 Schülern gegenwertig sey / laut seiner Verheißung : Wo  
 ihr zwey oder drey in meinem Namen versamlet sind / da bin. Math. 18.  
 ich mitten vnter ihnen. Vnd von gegenwertigkeit der H.  
 Engel bey frommen Kindern / spricht er : Ihre Engel sehen Ibidem.  
 allezeit das Angesicht meines Vaters der im Himmel ist.  
 So sollen wir nu fleiß ankehren / das wir diesem Fürsten  
 des Verstandes / von dem alle Weißheit vnd Lehr ges-  
 geben vnd gewircket wird / durch ergerliches Leben  
 vnd Sitten / nicht allein nicht von vns treiben / Sondern  
 wir sollen



wir sollen diß vielmehr vns lassen angelegen sein / das wir  
mit Gottseligkeit / Erbarkeit / gebührendem Fleiß / sonderlich  
aber durch stetiges vnd embsiges Gebet / vnd Übung / einen  
solchen Schulfürsten / zusampt dem Schutz der Engel / bey  
vns in vnser Schule behalten mögen. Auch all vnser stus-  
dieren / Sitten / vnd Leben / zu der Ehre Christi / als zu  
einem Brunquell aller Weißheit / Warheit / vnd einis-  
gen Grund vnser Christenthumbs / anzuwenden vns  
befleißigen.

Der Ewige Gott / ein Vater vnser H. Erren vnd  
Heylandes J. I. Esu Christi / der ein Stifter ist aller guten  
Ordnung in der Natur / vnd aller erbarn Gesetz / Der  
den Samen der Tugendt vnd des Gehorsams in der Mens-  
schen Herzen gepflanzt hat / wolle vnser Gemüter zu was-  
rem Gehorsam / durch die Gnade seines H. Geistes / leiten  
vnd führen / vnd vnser ganzes Leben vnd Wandel reg-  
gieren / zur Ehre seines Namens / zu auffnehmung  
seiner Christlichen Kirchen vnd zu Gemeiner /  
so wol auch vnser selbst vnd der vnsern  
Zeitlicher vnd Ewiger  
Wohlfart.





## ΣΧΙΑΓΡΑΦΙΑ

sive

TYPVS CLASSIVM ET  
EXERCITIORVM PVERILIVM IN  
ludo Mariano Dantisci.

**T**otus grex scholasticorum in ludo Mariano distributus est in sex classes, siue tribus, siue curias, quarum singule suos habent ordines, certo discentium numero, pro sedium siue locorum capacitate, completos, ne preceptoris censuram, quæ quotidie de absentibus, de moribus, & de studijs discentium agitur, quisquam effugere possit.

**I.** Classis, ab infimis factò initio, continet eos qui à primis literis incipientes unà cum rudimentis pietatis colligere syllabas, Germanicè & Latinè legere, literas pingere, & voces rectè pronunciare, tum rerum appellationes quasdam Latinas, cum interpretatione vernacula, memoriter discunt.

**II.** Classis illorum est, qui præter ea, quæ antea perceperunt, exercitia pietatis plenius, unà cum paradigmatis Donati, & eorum, per diuersa declinandi & coniugandi exempla, usum addiscunt: Vocabulorum Latinorum, cum Germanica versione, cognitionem vberiore ex Nomenclatura rerum sibi comparant.

℞

**III.** Classis



III. Classis eos habet, qui capita pietatis ex Catechismo D. Lutheri Latino, & aphorismos sacros Germanicè interpretari & memoriter recitare, docentur. Compendiū Grammatices quoq;, iuxta Etymologiae & Syntaxeos præcepta, ediscunt, propositisq; exemplis è lectionibus quotidianis vsum regularum intelligere satagunt, & locutiones vel epistolia Latina, è typo Germanicè proposito, formare incipiunt.

III. Curiae discipuli præcepta Latini sermonis ex Grammatica D. Philippi Melanctonis discendo absoluunt: Hi in doctrina pietatis, in scribendis epistolis, & Latinè loquendi exercitio, pleniorē ponunt operam. Prosodiam quoq; audiunt, & Græcas literas cognoscere & legere incipiunt.

V. Ordo & summus in hac schola aliquanto maiora, quā hactenus indicatum est, habet exercitia: Nam huius classis discipuli, præter vberiorē pietatis doctrinam, in Græcis & Latinis literis accuratius erudiuntur, artium dicendi etiam præcepta cognoscunt, stylumq; in soluta & ligata oratione expoliunt.

VI. Ordo pauperes continet siue mendicantes, qui victū ostiatim colligunt, & in cohonestandis funeribus psalmos Germanicos canunt: Hi in supremo ædificij scholastici auditorio, separatim instituuntur à Præceptore, illorum informationi seorsim destinato: Vbi in doctrina pietatis, in legendo & scribendo exercentur, Quodsi qui ingeniosiores



geniosiores vberiore in studijs progressum fecerint, siue peregrini sint, siue incolæ, hi bonis ciuibus commendati, illorum familijs assciscuntur, atq; in classes ordinarias transferuntur.

## HORÆ

Lectionibus & exercitijs commemoratarum classium horæ interdiu attribuuntur publicæ sex, laboribus docendi & discendi continuatis: Ab hora VII. matutina, ad horam X. Et ab hora prima pomeridiana, ad horam III. vespertinam.

Priuatæ duæ vel tres: Ab hora X. ad XI. ante prandium: Et à quarta ad V. vel VI. vesperi. In quibus præter repetitionem lectionum publicarum & exercitationum, elegans scriptura docetur, & Arithmetica.

## HIS

Lectionum in horas distributionem adijcere superuacaneum esse duxi, cum quia pagellæ præter expectationem inter manus creuere, tum quia ex præcedenti classium *γραμμάτια*, quemadmodum & ex legibus docentium & discantium supra traditis, qualia illa sint exercitia, iudicari & intelligi facile potest.

D. ij

Bon



## Von den ordentlichen Classibus furßer Bericht.

**W**as guter Ordnung willt/ ohne welche nichts recht  
 geschehen kan/ noch verrichtet werden/ sind in wolbes  
 stelten Schulen vnterschiedliche *Classes* gemacht /  
 darin die Jugendt / wie sie an Jahren zunimpt / Also auch  
 in Lehr vnd Verstand / je lenger vnd ferner gebracht wird /  
 biß sie endlich zum gewünschten Ende kommen / vnd das  
 Ziel erlangen möge/ darnach alle die studieren/ tichten vnd  
 trachten sollen: Dasselbe ist ware Erkänntnis vnd Anruf  
 fung Gottes / neben einem Erbaren vnd züchtigem Wans  
 del/ zusamt den Sprachen vnd Künsten / die im Mensch  
 lichen Leben / für andern ailen / zur Lehr vnd vieler ding  
 erkänntnis nötig vnd nützlich sind: Also sind alle Knaben  
 dieser Schulen in sechs *Classes* abgetheilet/ darunter die  *Pau  
 peres*, wie sie eine besondere *Classem* in einem sonderlichen  
 Gemach/ Also auch ihren besondern *Praceptorem*, *Lectiones*  
 vnd Übung haben. In den andern fünff *Classes*, wird die  
 Jugendt vnd Anfang ihres studierens / in guten Sitten/  
 im Gebet vnd Christlicher Lehr/ im Lesen vnd Schreiben/ im  
*artibus dicendi*, zusamt der Griechischen vnd Lateinischen  
 Sprach so fern geübet / das sie aus diesem Fundament ihre  
*studia* an andern örtern / nützlich mögen fortsetzen / weil sie  
 in beiden Sprachen/ was sie bey den *Authoribus* lesen / von  
 sich selbst möglich verstehen können. Bey solcher Ords  
 nung/ kan kein Knabe/ wie groß die *frequentia* sey/ vorseus  
 met werden/ sintemal ein jeder *Classse* gleiche *Ingenia*, gleiche  
*Lectiones* vnd Übung hat / darinnen der *Praceptor* alle zu  
 gleich lehren / vnd sie auch alle zugleich / den der sie lehret/  
 hören/



hören / vnd was der oder ander *repetiret*, alle desto bas lernen können. In der vntersten *Classe*, do keine solche Gleichheit sein kan / sind zu mehrern auffnemen der ansehenden Schüler / zweene *Collega*, die dieser *Classi* für vnd für beywohnen / bestellet / zusampt den *Padagogis*, welcher etliche / so oft es von nöten / vnd es ohne verseumnis ihrer *Lectionum* geschehen kan / gemelter *Classen* zugegeben / vnd also die Jugendt alle Stunden in dem / so ihnen für gegeben / geübet wird. Das aber nicht alle vnserer Schüler obgedachtes Ziel erreichen / ist die Ursach nicht an den *Præceptoribus*, die ihr Ampt nach vorgeschriebener Ordnung mit möglichem fleiß / täglich verrichten / vnd keine viertel stunde verseumen / Sondern an dem / das ihr wenig / vnd vnter Hunderten nicht einer / durch die ordentliche *Classes*, vnd also durch derselben vbliche *lectiones* vnd *exercitia* können gebracht werden / sintemal der mehrer theil / ehe sie recht angefangen zulernen / von der Schule genommen / oder aber durch andere vnzeliche verhindernis dermassen auffgehalten vnd verseumet werden / *vt studia per interualla repetita illis parum aut nihil profint*. Vnd das ich nur diß sage: Zum studieren / wie auch zu andern Händeln / darin etwas merckliches vnd löbliches sol ausgerichtet werden / gehören drey ding / als nemlich: Eine gute Natur vnd richtiger Verstand / darunter das Gedächtnis / Lust vnd Liebe zu dem so man lernen wil / vnd beständigkeit dasselbe fortzusetzen / begriffen ist. Darnach trewe *Præceptores* vnd rechte Vnterweisung / dadurch die Natur erbarwet vnd gebessert wird. Vnd endlich eine stete Übung / vnd vnablesiger fleiß in den Künsten die man lernen sol oder wil: Nu ist das erste schlechtes eine Gabe Gottes / die weder Eltern



noch *Præceptores* geben können / Wieviel sind aber wol vnder  
 allen Schülern / die der *Præceptorum* Unterweisung als  
 so gebrauchen / oder sich zu Hause also vben / wie es ihnen /  
 wenn sie etwas gründliches lernen wollen / wol gebühret?  
 Weil denn diß nicht geschieht / ist kein wunder / wenn das  
 ander auch nicht folget / vnd wird demnach sehr vnbillich  
 vnd vnfreundlich die Schuld auff trewhertzige *Præceptores*  
 gelegt. Aber wie dem allen / so müssen wir / die der Allz  
 mechtige / zu solchem für ihm höhen / wiewol für der Welt  
 verächtlichem Werck / durch ordentliche Mittel / beruffen  
 vnd eingesetzt hat / von vnserem Ampt nicht ablassen / vnd  
 aus den Augen gesetzt allen Neid / Haß / vnd Vndanck / als  
 lein auff den willen vnserß gnedigen Gottes / vnd auff die  
 reiche Belohnung sehen: Daniel. 12. Do geschrie  
 ben stehet: Die Lehrer werden leuchten wie des  
 Himmels glantz / vnd die so ihr viel zur Ges  
 rechtigkeit weisen / wie die Stern /  
 immer vnd Ewiglich.





SENTENTIÆ QVÆDAM  
 ERVDITORVM, DE INSTITVTIONE  
 puerili & officio scholastico.  
 IN DECEM LOCOS DISTRIBUTÆ.

- I. *Quanti sit momenti liberalis puerorum institutio, & qualis esse debeat.*
- II. *Quo ætatis anno in ludum mittendi sint pueri.*
- III. *Priuatissne an publicis in scholis pueri sint instituendi, & nimiam frequentia discensibus sit impedimento.*
- IIII. *Quamdiu in scholis sit discendum.*
- V. *Tria discensibus in quacunq. arte sunt necessaria.*
- VI. *De necessitate, dignitate, & disciplina præceptorum.*
- VII. *Discipulorum officium, & erga præceptores gratitudo.*
- VIII. *De priuatis studijs.*
- IX. *De memoria.*
- X. *De fructibus studiorum.*



L. Viues in Introd: ad sapient:

*Semper illa tria sunt homini, quamdiu viuit, meditata: Quomodo benè sapiat, quomodo benè dicat, quomodo benè agat.*

PRÆFA-



## M A D P R A E F A T I O .

**A** Ppendicis loco eorum quæ hætenus in medium sunt adducta, visum est etiam dicta & sententias aliquas Philosophorum, qui vel ex professo, vel quacumq; alia occasione doctrinam eandem, quam nos in scholasticis nostris legibus ac monitis proposuimus, libris & literis mandarunt, in calce harum pagellarum adijcere, ut discipulis nostris, & eorum parentibus, quibus scripta veterum minus nota sunt, ratio veteris disciplinae, & quæ ad illam requiruntur adminicula, in conspectu essent. Collegi autem ex multis pauca, quæ cordatis hominibus sufficere existimaui ad considerationem, quantum nostri seculi indulgentia à veterum gravitate recesserit, quantamq; illa corrupta & laxa disciplina, boni mores iacturam fecerint in omnibus officiorum humanorum partibus. Atq; ut hac consideratione excitati pro sua quisq; vocatione, vel adiuuarent ac defenderent primam, quæ ætati rudiori & imperitæ adolescentiæ debetur, institutionem: & officinas, huic rei apprimè necessarias, scholas sibi commendatas haberent, vel mirari ac detestari desinerent incommoda, quæ ex contempta aut neglecta puerilis educationis cura emergunt, & infelici prouentu vndiquaq; sese efferunt. Quandoquidem, si experientiæ credere volumus, & testimonio Diotogenis Pythagoræi, fundamentum totius Reipub: est honesta adolescentum educatio.

SENTEN



124.  
SENTENTIÆ QVÆDAM  
ERVDITORVM, DE INSTITVTIONE  
puerili & officio scholastico.  
IN DECEM LOCOS DISTRIBUTÆ.

I.  
Quanti sit momenti liberalis puerorum  
institutio, & qualis esse debeat.

*Plato in Theat :*

**D**E nulla re diuiniore homo deliberare potest, quam  
de reâta sui suorumq; institutione.

*Plutarch : de Pædia.*

Vt enim ager, si non colatur, non solum non est fru-  
ctuosus, verumetiam multa syluestria producit: Ita ado-  
lescens rationis capax, nisi præceptis honestis exercetur,  
non solum non euadet bonus, sed ad multa vitia defle-  
ctetur.

*Ibidem in Lacon :*

Themistocles dicere solebat: Assperos & indomitos  
pulos in optimos equos euadere, si quis illis adhibeat disci-  
plinam, reâtamq; institutionem. Ita reâta institutio viros  
reddit bello & Reipub. vtilis.

*Plutarch : in Themist :*

Generosa indoles, si accedat reâta institutio, magno  
bono est patriæ: Sin ad vitia degeneret, ingens adfert  
malum.

R

Eras:



Eras: 6 lib: Apoph.

Institutio relucet in omnibus dictis ac factis hominum.

Plato 7 de Leg:

Caput bonæ disciplinæ est recta educatio, & maximam vim habet diligentia, quæ teneros animos ad virtutum officia flectit.

Plutarch: in Lacon.

Nullum opus est præclarium, quam si liberi honestis moribus instituantur: His enim melius ornatur patria, quam aulaeis aut vestibus Ionicis.

Eras: lib 6 apoph.

Cornelia Grachorum mater, cum matrona Campana illius hospitio utens, ornamenta sua, quibus illud seculum nihil habebat pulchrius, ipsi ostenderet, traxit illam sermone, donec liberi redirent è schola, tum, & hæc, inquit, ornamenta mea sunt, sentiens matronæ nihil esse pulchrius neq; preciosius, quam liberos rectè educatos.

Plutarch: in Lacon.

Maior est habenda ratio rectæ institutionis liberorum, quam ullarum diuitiarum. Qui secus faciunt, per similes mihi videntur ijs, qui calceos curant, pedes ipsos negligunt, cum propter pedes calcei sint inuenti: Sapienter itaq; Crates ille antiquus, conscensa vrbis altissima parte exclamandum censuit: Quò quò ferimini ciues? Itane conuenit in opibus parandis maximè occu-

pari

Interpretatio  
est D. Phil.  
Mel. in locis  
Manlij.



pari, in ijs verò, quorum causa quærentur, nihil laborare, ac minimè esse sollicitos? Credite mihi, non potest melior hæreditas liberis à parentibus relinqui, quam si benè educati & ad virtutem ab ineunte ætate rectè sint instituti: Hoc eis perpetuum manet patrimonium, neq; à fortuna procellis labefactari potest.

*Eras: de liberali instit:*

Si fortuna est humilior, hoc magis opus est institutionis ac literarum præsidio, quo se tollant humo: Sin ampla, ad rem probè administrandam necessaria est eruditio.

*Ibidem.*

Vulgo quo quis ditior est, hoc minus sollicitus est de liberorum institutione.

*Ibidem.*

Qui filium non ilicò curat optimis disciplinis imbuedum, nec homo est ipse, nec hominis filius.

*Ibidem.*

Minimùm debent liberi parentibus, à quibus progeniti sunt tantum, non etiam ad rectè viuendum educati.

*Plutarch: in Lacon.*

Licenter educati iuvenes non putantur habendi pro ciuibus: perinde quasi mater abdicet filium, nisi probitate morum maioribus suis respondeat.

R 2

Idem



Idem ex Phocylide.

Instituenda bonis tenera est pueritia rebus. Ideo di-  
uinus Plato nutricibus prudenter praecepit, ne quasuis  
fabulas pueris recitent, ne horum animi à principio sto-  
lilitate ac prauitate occupentur.

Iuuenal: Satyr. 14.

Nil dictu fædum, visusq. hæc limina tangas  
Intra quæ puer est, procul hinc procul inde puellæ  
Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.  
Maxima debetur puero reuerentia: si quid  
Turpe paras, ne tu pueri contemseris annos,  
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.

Aristippus apud Laërt: lib: 2. cap: 8.

Adolescentibus sunt potissimum discenda, quæ viris  
vsi futura sunt, id est, optima: Nec rudis ætas, quæ  
maximè docilis est, superuacaneis est occupanda.

Plutarch: in Pæd.

Quemadmodum tranquillo cælo adornanda sunt, quæ  
aduersus tempestates faciunt: Ita in adolescentia mode-  
rationem & temperantiam ad viaticum senectuti parand-  
um adhiberi par est.

## II.

Quo ætatis anno in ludum mittendi  
sint pueri.

I. Stormius Cap. 9 de lud. liter.

Sextum.



**S**extum annum idoneum ad discendum omnibus stae-  
tuimus, ut simul ac puer annum quintum egressus  
est, & ad sextum aetate peruenit, disciplinae tradatur.

*Eras. de pueris liber. inst:*

*Vt natus est homo statim moribus discendis aptus est.  
Mox ut fari ceperit, habilis fit ad institutionem literarum.*

*Ibidem.*

Merito reiecta est à doctis illorum sententia, qui pu-  
tauerunt aetatem minorem septem annis non admouendam  
literis. Sit sanè verum, post vno anno plus effici, quam  
primis illis tribus aut quatuor, quid est cur hoc quaecunq;  
lucrum contemnamus in re multo preciosissima? Quibus  
curis melius occupabitur illa aetas simul ac fari ceperit,  
quae non potest esse ociosa? Vigilans negociator non assis  
aut teruncij compendium negligit: Et nos in liberis qua-  
tuor annorum dispendium pro nihilo ducimus, cum  
neq; tempore sit vllus sumptus preciosior, nec literis sit vl-  
la melior possessio? Nunquam satis maturè incipitur,  
quod nunquam absoluitur, semper enim discen-  
dum quam diu viuimus.

*Ibidem.*

Multi stultè metuunt suis infantibus à literis, qui  
non metuunt multò grauius periculum ab immodico cibo,  
quo non minus leduntur ingenia paruulorum, quam cor-  
pora

R 3

p ora



pora abeduliorum potusue generibus, quæ non congruunt etati.

Nusquam tenerius metuitur illorum valetudini, quam cum de literis, hoc est, de re maxime omnium salutifera, necessariaq; ceptum est agi. Ibidem.

Plinius 36 lib: cap: 24.

Gypso madido statim utendum, quod celerrime siccetur: Ita statim fingenda literis ac moribus etas rudis, priusquam durior non admittat fingentis manum.

Fabius lib: 1 cap: 3.

Ætas puerorum infirma tum vel maxime formanda, cum simulandi nescia est, & præipientibus facile credit: Frangas enim citius quam corrigas, quæ in prauum induruerunt.

Idem lib: 1, cap: 1.

Natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percipimus.

Plutarch: in Lacon.

In vniuersum verò malorum consuetudine hominum prohibendi sunt pueri, nam affricatur illis aliquid inde vitij.

Ibidem.

Ante omnia debent parentes nihil peccando, omniaq; pro officij rationibus agendo, euident sese liberis exemplum præbere: Ut in istorum ij vitam tanquam in speculum



*Speculum intuentes, à turpibus dictis factisque arceantur.*

*Seneca ep: 77.*

*Mores primum, mox sapientiam disce, quæ sine moribus malè discitur.*

*Irenæus citante Euseb: lib: 5.*

*Quæ à pueris discimus, cum anima coalescunt & adherent ei.*

### III.

**P**riuatimne an publicis in scholis pueri sint instituendi: Et numquam frequentia discipulis sit impedimento.

*Eras: in lib: de libera. instit.*

**H**oc institutionis genus (vt scilicet in latebris erudiatur rudis ætas) vtcumq; probent alij, me quidem autore nullus id faciet, quisquis cupiet suum puerum liberaliter educatum: Oportet scholam aut nullam esse, aut publicam.

*x. Storm. cap: 9 de lud. lit.*

*In cætu & frequentia plura atq; præclariora ad excitandum exempla, & maiores ad discendum occasiones exhibentur, quam in paucitate. Etenim & qui docent & qui audiunt, varietate & copia excitantur: Languescunt autem solitudine atq; raritate.*

*Fabius*



*Fabius lib: 1. Cap. 30*

*Optimus quisq; præceptor frequentia gaudet, & maiore se theatro dignum putat,*

IIII.

*Quamdiu in scholis sit discendum.*

*1. Storm loco ut supra.*

**N***eq; pæniteat ante annum vigesimum primum non exire è scholis puerum. Ante enim id tempus & matrimonio, & publicæ curationi inutiles sunt: Sed hoc curriculum literarum palestræ & ludo aptissimum est.*

*Fabius lib. 12. cap: vlt:*

*Scientia augetur annis.*

V.

*Tria discentibus in quacunq; arte esse necessaria.*

*Plutarch: in Ped.*

**A***D perfectionem in artibus, scientijs, & virtute, tria oportet concurrere: Natura, doctrina, & exercitatio. Natura sine doctrina cæca est. Doctrina si à naturâ destituatur, defecta. Exercitatio sine doctrina & natura, imperfecta est.*

*Ptolome: in Centil:*

**NATVRA.** *Qui natura ad rem quampiam aptus est, plus efficit, quam qui diu ea in re se exercuit.*

*Euripi:*



*Euripid: in Hyppol.*

Cum multæ artes inuentæ sint, nulla tamen inuenta est, quæ possit hoc efficere, ut sapiatis quem ingenium destituit.

*Cicero pro Archia:*

Cum ad eximiam & præstantem naturam accesserit **ARS.**  
quædam ratio confirmatioq; doctrinæ, tum illud nescio quid  
eximium atq; præclarum existere solet.

*Diphilus.*

Tantum quisq; scit, quantum operatur.

**EXERCITATIO,**

*Ouid:*

Omnia conando docilis solertia vincit.

**VI.**

## De necessitate, dignitate & disciplina præceptorum.

*Iero: epist: 36.*

**H**abet nescio quid latentis energie viua vox, & in  
haures discipuli de doctoris ore transfusa fortius  
sonat.

*Quint: lib: 2. cap: 2.*

Viua vox, ut dicitur, alit plenius, præcipue præceptoris, quem discipuli, si modo rectè sunt instituti, & amant & verentur.

*Plutarch: in Pad.*

Querendi sunt liberis magistri, quorum & inculpata sit vita, & mores iustæ reprehensionis non obnoxij, & peritiam minimè vulgaris.

**S**

*Quint:*



Quint: lib: 2. cap: 2.

Præceptor nec habeat vitia, nec ferat.

Euripid: apud Stob: serm. 420

Gubernari oportet malos à bonis

Et parère se melioribus.

Eras: de pueris lib: inst:

Qui puerum suscepit instituendum, animi inductione parentis affectum induat. Hoc pacto fiet, vt & puer discat libentius, & ipse minus sentiat ex labore tædij: Si quidem in omni negotio magnam difficultatis partem admittit amor.

Ibidem.

Nihil est inutilius quàm cum præceptoris mores efficiunt, vt prius odisse incipiant studia pueri, quàm intelligere possint: quare sint amanda.

Quintil: lib. 1. cap. 2.

Cauendum imprimis, ne studia qui amare nondum potest, oderit.

Plutarch: in Pæd.

Vt agricolæ stirpibus pedamenta apponunt: Sic probi magistri accuratis præceptis, admonitionibusq; adolescentes suffulciunt, vt mores rectè inde germinent.

Ibidem:

Ad liberalia studia adducendi sunt pueri verbis adhortationibusq;.

Quintil: lib: 2. cap: 2.

Præceptor plurimus de honesto & bono sermo sit: Nam quo sæpius admonuerit, hoc rarius castigabit.



*Anonymus de rat: stud: Augusta:*

Nulla occasio exhortandi ad pietatem, ad modestiam, ad diligentiam studiorum prætermittatur, imò & tempestiuè & intempestiuè captetur.

*Laërt: lib: 6 cap: 1.*

Antisthenes Philosophus interrogatus, quamobrem tam seuerus esset discipulorum obiurgator? Et medici, inquit erga egrotos. Significans se vitia obiurgare, non homines.

*I. Stormius cap: 4 de Lud.*

Illiberale est puniri & castigari verberibus: At quoniã maxima pars vitiosam naturam habet, cum necessariũ est, & propter discipulos dissimulari non potest, & cum vtile est puero, officium sibi parens præstari putet, si ad animum emendandum corpori dolor afferatur.

*Cicero 4. ad Heren.*

Qui adolescentum peccatis ignosci putant oportere, saluntur &c. At hi sapienter faciunt, qui adolescentes maximè castigant, vt quibus virtutibus omnem vitam tueri possunt, eas in ætate maturissima velint comparare.

*Mantuanus.*

*Est opus ardentem frenis arcere iuuentam,  
Nec sinere in mores luxuriare malos.*

*Ianus Pannonius.*

*Præceptor prudens pueros moderatur, vt illos  
Non premat asperitas, non indulgentia frangat.*

S 2

Quint:



Quint: lib. 1. cap: 2.

Vtinam liberorum nostrorum mores non ipsi perdere-  
mus: Infantiam statim delicijs soluimus, Mollis illa edu-  
catio, quam indulgentiã vocamus, nervos omnes & men-  
tis & corporis frangit. Quid non adultus concupiscet, qui  
in purpuris reperit? Nondum prima verba exprimit, iam  
coccum intelligit, iam conchylium poscit. Antè palatum  
eorum quàm os instituimus. In lecticis crescunt, si terram  
attigerint, è manibus vtrinq; sustentium pendent. Gau-  
demus si quid licentius dixerint. Verba ne Alexandri-  
nis quidem permittenda delicijs, risu & osculo excipimus.  
Nec mirum, nos docuimus, ex nobis audierunt, &c. Fit  
ex his consuetudo, inde natura: discunt hæc miseri ante-  
quam sciant vitia esse. Inde soluti ac fluentes non accipi-  
unt è scholis mala ista, sed in scholas afferunt,

Plutarch: in Lacon.

Apud Lacedemonios puer quispiam castigatus, si que-  
relam ad patrem detulisset, turpe erat patri, si hoc audi-  
to, non iterum filium emendasset.

I. Storm. cap: 4. de Lud.

Coniunctæ esse debent patris magistriq; voluntates, neq;  
rectè in scholis obtemperatur, cum horum à puero anim-  
aduertuntur offensiones.

Cicero 3. de Divinat.

Nullum munus Reipub. afferre maius meliusue possu-  
mus, quàm si doceamus atq; erudiamus iuventutem, ijs  
præsertim



praesertim moribus atq; temporibus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda, atq; coercenda sit.

*Idem de Senect.*

Nulli bonarum artium magistri non beati putandi, quamuis consenuerint vires atq; defecerint.

*Idem de Amicit.*

Pædagoginegligendi non sunt, sed quodammodo colendi.

*Eras: in Epist.*

Munus hoc mihi videtur vel imprimis honestum, bonis moribus, ac literis instituere iuventutem: neq; Christus eam ætatem contempsit, & in nullū rectius collocatur beneficium, & nusquam expectatur fructus vberior, utpote cum illa sit seges ac sylua Reipub: putant homines pi, se nullo officio magis demereri Deum, quàm si pueros trahunt ad Christum.

*Idem in epist: ad I. Sapidum.*

Ludi literarij magistrum esse, proximo regno munus est: stultorū opinione humilius est, re longè splendidissimū.

*Idem de liberali pu: inst.*

Neminem hodiè tam abiectum, tam inutilem, tam nullius rei videmus, quem vulgus non existimet idoneum moderando ludo literario.

## VII.

Discipulorum officium, & erga præceptores gratitudo.

S 3

Discipulos



**D**iscipulos id vnum moneo, vt præceptores suos non minus, quam ipsa studia ament, & parentes esse non quidem corporum, sed mentium credant. Multum hæc pietas conferet studio. Nam ita libenter audient, & dictis credent, & esse similes concupiscent. In ipsos deniq; cœtus scholarum læti & alacres conuenient, emendati non irascetur, laudati gaudebunt, vt sint charissimi, studio merebuntur. Nam vt horum officium est docere, sic illorum præbere se dociles. Alioqui neutrum sine altero sufficit.

*Idem lib: 10. cap: 3.*

*Ad profectum opus est studio, non indignatione.*

*Plutarch: in Pad.*

*Somni & defatigationes disciplinarum sunt hostes.*

*Quint: lib: 10. cap: 3.*

*Breue nobis ipsi discendi tempus facimus: Quantum enim studijs impertimur?*

*L. Viues in Introd: ad Sap.*

*Præceptor non minus amandus, venerandus, colendus, quam si esset pater: Nam reuera præceptores imaginem quandam nobis referunt patrum, & à nullo maius accipere potes beneficium, quam à quo sis eruditior & melior: quibus duobus bonis nulla possunt in vita comparari.*

*Aristoteles.*

*Præceptoribus non potest par honor & precium referri. Sed fortassis, vt erga Deum & erga parentes, satis est referre gratiam, quantam quisq; potest.*

*Iurise:*



*Iurise: L. cum plures, parag: cum tutor  
ff. de administ. Tut.*

*Mercedes præceptoribus constituenda & danda sunt,  
non quantis vniuersisq; minimis defungi potest: Sed quan-  
tae pro facultatibus & dignitate honestè præberi possunt.*

**ISOCRATES.**

*Oportet magistros multas mercedes capere à discipu-  
lis: Ab ingeniosis quidem, quia multa discunt: A rudibus  
verò, quia multos labores exhibent.*

**D. CHYTRAEVS** ex loco  
*Pauli ad Galat. 6.*

*Communicet autem Catecheta &c.*

*Deus præcipit gratitudinem erga præceptores, & in-  
spicit corda & facultates nostras, & horribiliter punit in-  
gratos, & liberalibus præmijs beneficentiã & alia piorum  
opera bona compensat. Vt autem agricolæ, quò maiorem  
sementem faciunt, eò ampliozem in messe frugum prouen-  
tum percipiunt: Ita quò liberaliora didactra discipuli  
suis doctoribus dabunt, eò maioribus præmijs spiritualibus  
& corporalibus vicissim à Deo ornabuntur.*

**VIII.**

**De Priuatis Studijs.**

*L. viues de rat: stud: pueril.*

**L***egendi sunt ipsi tibi per te autores, nec expectandi  
dum omnia præceptor explanauerit, alioqui nihil vn-  
quam intelliges sine interprete.*

*Quintil.*



Quintil. lib. 7. cap. 11.

Nemo expectet, ut alieno tantum labore sit disertus.

Ibidem.

Ars præcepta tradit, sed nostrum est uti eis scire.

Anony: in ratione dis: & doc.

Si quis est, qui prælectiones audiendas non suo Marte intelligere conatur: qui inter exponendum non attentissime auscultat: qui auditas lectiones domi non repetit & memoriæ mandat: qui non plura legit, ediscit, scribit, meditatur, quam à præceptoribus iussus fuerit: qui æquales vincere, & breui superiores æquare non contendit: qui non eruditum aliquem libellum & pugillares, aut arma scriptoria perpetuò secum ferens semper aliquid legit, meditatur, annotat: ei nulla excellentiæ spes proposita est, hærebit inter infimos, obscurus & inglorius viuet.

I. Dugo inst: Christ. lib. 2. cap. 5.

Est discipuli studiosi, & benè morati, auribus uti, non lingua: diligenter auscultare, non obstrepere: tenere silentium, non ineptis & imtempestiuis fabulis, magistris & condiscipulis negotia faceffere.

## IX. DE MEMORIA.

Plutarch: in Pæd.

**I**N primis puerorum memoria est exercenda, atq; assuefactione roboranda, ea enim est veluti penus eruditionis,



ditionis, eamq; ob causam *Μνησοῦσιν. h. e. memoriam*  
 fabulati sunt esse Musarum matrem, inruentes nihil ita  
 & gignere & alere eruditionem, ut facit memoria & c.

*L. Viues in inst: Regina Anglia.*

Memoriam quotidie exerce, ut nullus sit dies, in quo  
 non aliquid ediscas. Sic & acuetur ingenium, & facili-  
 mam tibi ac promptissimam parabis memoriam, ut postea  
 quaecumq; libuerit, nullo retineas negocio, & firmissime,  
 durantq; in reliquam vitam, quae ista aetate percipiuntur.  
 Initio de nocte cubitum iturus, attentè bis aut ter releges  
 quae memoriae mandare voles, & postridie abste reposces.

*Eras: de lib: instit.*

Optimae memoriae ars est, penitus intelligere, intel-  
 lecta in ordinem redigere: postremo subinde repetere  
 quod meminisse velis.

X:

## FRUCTVS STUDIORVM.

*Plutarch: in Paed.*

**D**octrina omnium quae nobis adsunt bonorum sola  
 immortalis est & diuina.

*Ibidem.*

Animi aegritudinibus atq; motibus sola medetur  
 philosophia. Hac duce & comite cognoscere datur quid  
 honestum sit, quid turpe, quid iustum, quid iniustum,  
 quid ad summam expetendum, quid fugiendum, quomo-  
 do nos erga Deos, erga parentes, seniores, leges, alienos,  
 magistratus



magistratus, amicos, uxores, liberos, seruos, gerere debeamus, scilicet vt veneremur deos, parentes honore afficiamus, seniores reuereamur, legibus obtemperemus, amicos diligamus, uxores castè amemus, liberos animi interno quodam amore complectamur, seruos iniuriosè non tractemus, & quod summum est, neq; rebus secundis effermur gaudio, neq; aduersis nimio luctu deiciamur: ac neq; voluptatibus diffluamus, neq; ira ad seuciam nos abripi sinamus.

*Aristippus.*

*Etsi omnes leges interirent, possent tamen Philosophi equabiliter viuere, & alijs rectè viuendi rationem præscribere.*

**ET THEOPHRASTVS** dicere solebat: *Virum doctum vbiq; inuenire patriam, & in alienis locis nunquam esse peregrinum.*

*Et nota sunt prouerbia:*

*Artem quæuis alit regio*

*Ars portus miserie.*

*Ars sua cuiq; pro viatico, &c.*

**SOLI DEO GLORIA.**





# ERRATA

*quæ inter corrigendum irrepserunt:*

<i>pag:</i>	<i>versu:</i>	<i>lege:</i>	<i>pag:</i>	<i>versu:</i>	<i>lege:</i>
7	15	den	74	12	sonst sollen.
8	16	nicht	<i>Ibid:</i>	20	dele sonst.
9	<i>in marg:</i> adde caput.		78	10	corpus.
16	22	inspiciendas	84	16	repetitionum
17	7	reposcant.	91	17	obs.
18	8	temploue	93	13	meridianam
27	5	lateinischen.	<i>Ibid:</i>	15	quibus diebus
35	<i>in marg:</i> 3 pro 110 his.		100	12	liberalitate.
47	<i>ult:</i>	honestè	<i>Ibid:</i>	18	der.
54	18	reponant	102	20	achtung.
62	15	diuino.	105	1	scriptum.
67	16	in seiner	124	17	Idem.
73	2	gnauiter.	129	17	precepimus.

*Cetera si quæ sunt, cuius facile  
apparebunt.*





E R R A T A

que inter corrigendum interpres:

pag: versu: lege:	pag: versu: lege:
79 12	79 12
114: 20	114: 20
78 10	78 10
84 16	84 16
91 17	91 17
93 13	93 13
114: 12	114: 12
100 12	100 12
114: 18	114: 18
102 20	102 20
102 1	102 1
124 17	124 17
129 17	129 17

Cetera si sunt, cito facit  
apparetur













Pa 4031

ULB Halle 3  
003 564 959



TA → OC


H2, 2k. ↑

1/2


NC











8  
19  
18  
17  
16  
15  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Inches  
Centimetres

**L E G E S**  
**OFFICIA DOCENTIVM**  
ac discipulorum in schola Mariana  
Dantisci complectentes.

Statuta und Satzung  
Vom Ampt der Lehrer vnd Schüler  
in der Dantzker Pfarrschulen  
zu Sanct Marien.

**ΣΧΙΑΓΡΑΦΙΑ ΣΙΒΕ ΤΥΡΥΣ ΚΛΑ-**  
**ΣΙΥΜ ΕΤ ΕΧΕΡΚΙΤΙΟΡΥΜ**  
puerilium, ibidem.

Kurzer Bericht von den Classibus  
dieselbst.

**SENTENTIAE QVAEDAM ERVDITO-**  
rum, de institutione puerili & offi-  
cio scholastico.

**C V M**  
Alijs quibusdam necessarijs commonefactionibus,  
quarum ordinem versa pagella indicabit.

**D A N T I S C I**  
Excudebat Iacobus Rhodus,

**M. D. XCII.**